

tur ad tempus quodlibet inuenire. Habeas primo motum augium & stel-  
 larū fixarū, per 1 ad tempus propositū. Similiter motū accessus & recel-  
 sus octauæ sphaeræ ad idem tempus, demum octauæ sphaeræ motum mit-  
 te in tabulam æquationum eiusdem circuli octauæ, quærendo signa in frō-  
 te uel calce. Gradus autem in lineis numeri collateralibus, ut in præceden-  
 te expositum est, & in eorum congressu communi æquationem compræ-  
 hensam eiusdem anguli accipe extra, per sua loca scribēdo cum titulo suo  
 additionis uel subtractionis, unā cum differentijs utriusq; , quam æquati-  
 oni per debita loca subiunge. Deinde inquire partem proportionalem per  
 multiplicationem supra traditam existens æquatio octauæ sphaeræ minu-  
 tis correspondens & alijs minutijs, æquationes nanq; duntaxat ad ipsos  
 gradus tabulatæ sunt. Cum autem ultra gradus ut frequenter habeamus  
 in operatione nostra minuta & fractiones alias, quibus per numerum pro-  
 portionalē æquationē debitā procreamus, ipsamq; partē proportionalē  
 appellamus, q̄ æquatiōi p̄inuenite in locis p̄prijs semper subscribemus cū  
 suo titulo. Hanc etiā præfatæ æquatiōi addere, uel ab ipsa subtrahere secū-  
 dum exigentiam differentialis tituli, ut æquatio emergat æquata oportet,  
 ultimo uero iam æquatam æquationem, si motui medio augium & fi-  
 xarum stellarum adieceris prius comperto, ab eodemue dempseris, pro ut  
 æquationis titulus admonet, augem communem ad tempus propositum  
 te intelligas inuenisse. Eam igitur augem communem radici augis Chris-  
 sti cuiuslibet planetæ addas, quam tabula ostendit annexa, & habebis au-  
 gem planetæ propriam de quo negociaris.

### Radices augium planetarum incarnationis Christi.

1540

	Signa	gradus	minuta	Secū.	
Distantiæ vel elon- gationes augium eius- dem planetæ a priu- cipio arietis octauæ sphaeræ secundum longitudinē inuariabiles semp.	2	11	25	23	Solis, Veneris
	7	23	23	42	Saturni.
	5	3	37	0	Iouis.
	3	25	12	13	Martis.
	6	10	39	33	Mercurij.

Poteris etiam secunda propositione duce planetarum auges alio inuestigare modo, & ad idem redit.

Exemplo tamen adiecto præsentī clarius introduceris, uolo inquire  
 re augem communem ad præfatam tempus, ad quod motus augium stel-  
 larumq; per 1. inuentus est ille, 0 signa, 11 gradus, 1 minu. 47 secund. Mo-  
 tus uero accessus & recessus ad idem 2 sig. 16 gra. 25 minu. 2 secun. Quæ-  
 ro igitur in tabula accessus & recessus æquationum octauæ sphaeræ, signa  
 trepidationis motus scilicet 2. quæ in eius fronte conspiciunt. Gradus uero  
 in linea numeri descendendo scilicet 16, in quorum angulo cōmuni 8 gra.  
 43 minu. 50. æquationem positā extraho cum titulo additionis. Tituli em̄  
 semper ex eadē parte recipiendi sunt, in qua signa cōpleta inueniuntur &c.  
 Differentia autem hic est 2 minu. 12 secund. existens residuum cum quo  
 introitus